

Bibliothèque numérique

medic@

**Gamare, Thomas - candidat / Berault,
Jean - président. - An praestet
gracilem esse, quàm obesum ?**

1620.

Paris

Cote : ms 75 n°601

AD QVODLIBETARIAM.

601.

QVÆSTIO MEDICA MATVTINIS DISPTATIONIBVS AGITANDA

IN SCHOLIS MEDICORVM DIE IOVIS XII NOVEMBRIS, MAGISTRO IOANNE BERAULT

DOCTORE MEDICO MODERATORE PRVDENTISSIMO.

An praestet gracilem esse, quàm obesum?



HO M O, Divinum animal, & corpore & animâ immortalis esse cupit. Animam immortalem origo facit, eadem caducum corpus, cui quantum potest longevitate succurrit. Obstat tamen mundi senium quod infirma reddet & brevis vite corpora: utrumque vite principium nulla arte reparabile: propria vniuscuiusque corporis natura. maiora, parvis; sanguinea, exanguibus; bene dentata, indentatis perfecta, infectis; gracilia, obesis *parvulus*.



ED magis incerta sanitas, quæ similibus & dissimilibus iuvatur, quæque non æque iuvat. quædam intemperata sana sunt, & temperatis diutius vivunt. Time vbi *vis*, quam efficit bona Temperies, non *visus*, quæ verè signum est, sed iustitiâ metienda. Habent quò gaudeant calidarum regionum incolæ, iis cum venæ *vis*, cutis rarior, ventres, ossaque latiora, graciles existunt, vitæque sunt salubrioris & diuturnioris quàm frigidarum: habent & viri qui mulieribus calidiores gracilescunt magis.



AL O R natus gracilibus potentior, pulsus vehementior, sanguinis, seminis, & spirituum maior copia. obesis corpus brevius, vena segnior, conceptus rarior, partus difficilior. Frustra ad speciei propagationem aquæ quæruntur minerales: labore, vigiliis, diæta minuendus habitus, deponenda adipis, & quæ ex ea exurgit excrementorum sarcina. Succurrit therapia vomitu, quem & per inferiora purgationi, & ipsi venæ sectioni prætulim.



VE quæ pinguem aqualiculum propenso sesquipedæ extendunt, desidiam, somnum longiorem, præsertim meridianum, cibi & potus ingluviem, vinum meracius. aqua qui videntur saniores & vivaciores puto. Alimentum si detur, naturæ *vis* quod vixerit, non elementum, non medicamentum, non venenum, non aurum illud potabile, in substantiam præmissa alteratione vertetur, non in adipem frigoris sobolem, à qua pulsus *vis*, parvas corporis & mentis segnitie, timiditas, ingenium minus acre, phantasia debilis, memoria felix minus.



AC beatam minus vitam faciunt: quæ sequuntur miseram. siquidem ex pravorum humorum copiâ, excrementorumque proventu morbi multi, acuti, longi. apoplexia quam omnis facit humor, lethargus, carus, paralytis, arthriticis, febris putrida, hydrops, quem pinguedo in imo ventre insanabilem facit. obesis quàm gracilibus mors repentina magis, his paulatim consumpto humido, illis momento obruto.

Ergo praestet gracilem esse quàm obesum.

Proponebat Lutetiæ THOMAS GAMARE Parisinus, A.R.S.M. M. DC. XX.

DOMINI DOCTORES DISPTATVRI.

M. Petrus le Conte.

M. Egidius le Blanc.

M. Guillelmus de Vailly.

M. Ioannes Maunoir.

M. Claudius Germar.

M. Franciscus Guenault.

M. Franciscus le Sage M. R.

M. Georgius Cornuty.

M. Guillelmus du Val M. & P. R.

